



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinqve Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595


Capitula, siue Comitia generalia Ordinis Calatrau[a]e. cap. LXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

- 27) Alphonfus Peresius, creatus contra Ioannem.
- 28) **A** Didacus, seu Dieghus II. Garfias de Padilla obiit Alcalæ in carcere, creatus 1338.
- 29) Petrus III. Muuius de Godoy obiit 1385.
- 30) Petrus III. Aluarus Pereira anno 1385. occisus est.
- 31) Gonfaluus III. Numnius de Gufuran Nieblæ Comes. Hoc magistro, obtentum Benedicti XIII. venia, vt scapulari nigro relicto, Milites Calatrauæ Cruce rubra vtantur. Obijt 1402.
- 32) Henricus Comes de Cangas: femotus anno 1414. & Dehesa sepultus.
- 33) Ludouicus de Gufman, creatus anno 1416. Obijt 1442.
- 34) Ferdinandus III. de Padilla, cognomento Electus. Obijt 1443.
- 35) Alphonfus de Aragonia, instructus anno 1443. remotus est anno 1445.
- 36) Petrus V. Gironus, creatus an. 1445. obiit an. 1466. ætatis suæ 66.
- 37) Rodericus VI. Tellefius, Gironus, creatus 1466. obiit 1482.
- 38) Garfias III. Lopezius de Padilla, vltimus Magister creatus an. Dñi 1482. Obijt ann. Dñi 1489. Quo mortuo Magistratus sub administratione Regum Castellæ, & Legionis deuolutus est.


Administratores perpetui Ordinis Militum de Calatraua.

Cap. LXXVII.

- 1489  ERDINANDVS Rex, & Isabella, perpetui Administratores Ordinis Calatrauæ.
- 1504 Ferdinandus Rex, solus.
- 1516 Carolus V. Imperator.
- 1556 Philippus II. Rex Hispaniarum.

Capitula, siue Comitia Generalia Ordinis Calatrauæ.

Cap. LXXVIII.

- I.  ELEBRATVM anno 1492. vbi actum de Fide Catholica.
- II. Tordesillæ, anno 1494.
- III. Alcalæ, id est Compluti, anno 1497.
- III. Granatæ, anno 1500.
- V. Medinæ Campi, anno 1504.
- VI. Hispalis, anno 1511.

- VII. Guadalupi, anno 1516.
 VIII. Burgis, anno 1523.
 IX. Madridij, anno 1535.
 X. Madridij II. anno 1552.
 XI. Toleti, anno 1560. Si quæ sint alia, hæcenus mihi ignora.

Scriptores Ordinis Militum de Calatraua.
 Cap. LX XIX.

RATER Franciscus de Rades & Andrada, Hispanus, Ordinis Calatrauæ Miles, & Regis Hispaniarum Sacellanus, scripsit Historiam Ordinum Militarium, quæ excusa est, sed ubi, & quo uixerit tempore ignoro.

De Gometio Equite, fundatore Militum, Ordinis de Alcantara.
 Cap. LXXX.

EQUITUR deinde secundus Stellatus, eodem habitu, Candido scilicet, sed Corona Regia carens. Is fuit Gometius Fernandus, nobilissimus Miles, qui anno Domini 1170. Ferdinando II. Castellæ & Legionis Rege feliciter regnante, Ordinem Militum Sancti Iuliani de Piro, sic dicti, quod in eo oppido quod decem milliaribus a Rodrico ad Coam, Regni Legionis tunc, nunc Lusitaniæ, distat, primum Ordinis cœnobium exstructum sit, fundauit. Ordinem primus probauit Alexander Papa III. anno 1177. comprobauit Lucius, item III. anno 1183. & a Diæcesanis exemit, addita Diui P. N. Benedicti Regula, quam sequerentur. Confirmauit tertio, Innocentius & ipse III. idque anno 1305. Insigne tum illis fuit, Arbor Piri uiridis, in auro, quod postea mutatum. Donati exinde Alcantara oppido Regni Castellæ, anno 1218. liberalitate Nunnij Fernandi, duodecimi Calatrauæ Magistri, vnde tanquam ex arce munitissima, atque firmissimo propugnaculo in hostium fines incurrerent, illorumq; impetus propulsa- rent, ut beneficium beneficio rependerent, illius Religionis habitum sumpserunt, & ab oppido Nouo, Alcantaræ Milites dicti, quod usque in hodiernum manet. Hoc Alcantaræ militibus initium fuit

H tenuè